

87  
Carmina Gratulatoria  
IN HONOREM NUPTIARUM  
ab  
*Amplissimo Clarissimo, Doctissimo, Prudentissimoq;*  
VIRO  
DN. JOHANNNE CRAMERO,  
Philosophiæ & J. U. Doctore, Poëta laureato, illu-  
stris Regiminis Anhaltini, quod est Servestæ, Advocato,  
& ibidem Consule dignissimo iterum

SPONSO,  
*Cum lectissimâ, pudicissimâq; virgine*  
ANNA ELISABETHA,  
*Virî Clarissimi, Doctissimi Prudentissimiq;*  
Dn. PETRI MEIERI, olim illustris ærarii Des-  
saueriensis Præfeti fidelissimi, p. m. filiâ unicâ re-  
lictâ SPONSA,

*VI. Novembr. Anno 1638. Servestæ celebra-  
tarum,*

Quibus duæ petitiones, DN. SPONSI  
I. Ad

DN. M. CHRISTIANUM GUEINZIUM Gymnasij  
Hallensis Rectorem, Poetam excellentissimum pro  
dandâ puellâ,

II. Ad

DN. M. CHRISTIANUM BECMANUM, Superin-  
tendentem, & illustris Gymnasij Servestani Professore, Poetam  
laureatum, pro trinâ nuptiarum proclamatiõne  
impetrandâ,

*Et horum Clariss. virorum duæ responsiones versibus ex tempore ab utraq;  
parte factæ, sunt præmissæ.*

|| SERVESTÆ, Typis ANDRÆÆ BEZELII, ||  
ANNO M. DC. XXXIIX.

*I. Petitio Dn. Sponsi pro dandâ puellâ.*

**G**rande Decus Vatum QVEINZI, clarissime Rector;  
Lumen, & Aonii Gloria magna chori.  
Est erepta mihi thalami fidissima consors;  
Est quærenda iterum bella puella mihi.  
Bella puella Tibi, mihi quæ gratissima, præstò est,  
Hanc quæro, hanc cupio, hanc flagito, posco, peto.  
Hâc succurre mihi; rogo Te, hac succurre Poetæ  
Grande Decus Vatum, magne Poeta juva.  
Magne Poeta fave; mihi quæso faveto Poetæ;  
Te Vatem Vati corde favere decet.  
Ut similis simili gaudet: sic fœdere Vates  
A Vate uxorem gaudeo habere parem.  
Gratus ero; grates referam, dum vita superstes;  
Dum cœli adspiciam lumina, gratus ero.

*Responsio Dn. M. Christiani Queinzij, &c. ex temporalis.*

**M**agne vir, Aonidum tuba, consultissime Consul,  
Docte Poeta, jubar grande, Decusq; Diccs.  
Non mihi Smyrna fauet, mihi non arridet Apollo,  
Interea, fauces magno Poeta Tibi.  
Et quia sollicitas primâ pro conjuge, Fatis  
Quæ cecidit, detur pulchra puella Tibi.  
Nulla puella mihi, daretur quæ possit amico,  
Fors talem digno Fata benigna dabunt.

*II. Petitio Dn. Sponsi, pro trinâ nuptiarum proclamâ-  
tione impetrandâ.*

**M**ystarum Lumen, CHRISTI Becmane Sacerdos,  
Gloria Doctorum magna, Decusq; virum.  
Est ablata mihi per mortis spicula conjux;  
Est quærita mihi dante puella DEO.  
Tempore cui parvo mea mens est nubere, si ter  
Proclamatus ero Sponsus in æde sacrâ,  
Hoc trinâ facias vice, Te rogo, Magne Poeta;  
Magne Poeta juva; Magne Poeta fave.

Fac,

Fac, precor, officium: proclama sedulus ora,  
Vincula quò thalami sint benedicta, DEUM.  
Esto memor Sponsi, Sponsam memor esto puellæ,  
Pectore cum fundis vota, precesque DEO.

Gratus ero, grates referam dum corpore sanguis,  
Dum calor in sano pectore, gratus ero.

*Responsio D. M. Christiani Becmani extemporalls.*

**C**ramere, aonidum Decus immortale sororum,  
Et nostre constans cultor Amicitia;

Altera quod detur jam fausto Numine conjux,

Post viduum lectum, mœstiriamq; meram:

Percipio ipse libens, & pectore grator ab imo:

Autor conjugii Jova secundet opus.

Inde quod exoptas tua nomina proclamari

Aedibus in sacris, mos uti priscus habet:

Id fiet merito: Sponsi, Sponsæq; Salutem

Gras commendabo per pia vota Deo.

I.  
CARMEN GRATULATORIUM.

**A**Nno præterito, tuam maritam

Annam sustulit: idem & Annam - Elisam.

Hoc anno Dominus novam maritam

Ex voto tibi reddidit, CRAMERE:

Flos, CRAMERE, Dices decusque lauri,

Hæc vitæ solita est vicissitudo.

Jam læto thalamus calore pollet:

Jam lethi tumulus colore pallet.

Sic post nubila phœbus enitescit:

Sic post jubila fletus ingravescit.

At idem Dominus, favente nutu,

Secundum thalamum tuum secundet;

Et nimbo impleat omnium bonorum.

Myrti germinet in modum marita,

Lauri floreat in modum maritus:

Et marita, diu, diu & maritus,

Immo ævum vireatque floreatque!

Christianus Becmanus, Poeta Laureatus.

**G**ratulor sponsam tibi, sponse, castus  
Quam pudor, Virtus, Charites venustant:  
Hanc tu plus hanc adames ocellis.

Hanc tueari.  
Gratulor Sponsum tibi, Sponsa, Suada  
Quem beat, Musa decorant, Themisq;  
Huic vaces subjex Dominum vocando.

Hunc vereari.  
GRATIÆ ne deficiant JOHANNEM:  
GRATIIS ne destituatur ANNA:  
Afferat gratam requiem JOHANNI  
Dulcis ELISA.

Sic odorato sociata Nardo  
Balsama, & Calthæ Rosam, Hymettioq;  
Masticum meli vidas nitere  
Alite dextro.

JOHANNES CRAMERUS  
Auaq; REMUSA CHARO SENI  
MUSA SENI CHARO RE comodat: Ornat honore  
Augeat & officio, Conjuge itemque novâ.  
Hinc quid consequitur? Nova spes: sed spem nova Res hanc.  
Cum novus hic sobolem progenerabit amor.  
Rem speras igitur? Musis operare. Senescis?  
Non deerit CHARO RE quoq; MUSA SENI.  
M. Johannes Cramerus Sil., ad D. Nicolai Archidiacon.

**A**utor conjugij audivit tua vota, precesq;  
Adduxit Sponsam, quæ pia, casta, proba.  
Non aliam maluit viduum conscendere lectum.  
Cujus defuncta leniter ossa cubant;  
Quæ Te constanti semper dilexit amore,  
ANNULA, GERHOLDI filia chara patris.  
O Te felicem, mercatoremq; beatum!  
Optatam mercem cui dedit ipse Deus:

Ilasi

Illati damni medicinam, Doctor amice,  
Es nactus; talem det Deus, opto mihi.  
Confidens spero, bona spes confundere nescit:  
**QUI FIDIT JOVI, HUNC PROSPERA QUÆQUE**  
Vobis sit præstò Domini benedictio ditans, **(MANENT.**  
In multos annos floridus esto torus.  
Hos ego versiculos Consul, præclare Poeta,  
Tædis jam volui deproperare tuis.

Fridericus Hamelius, J. U. C. & S. R. S.

IV.

**Q**uas mundi partes oculis peragraveris, ima  
Misceri summis, Sponse polite, vides.  
Flebilibus Bellona modis quatit undiq; terram;  
Omnia Mars vastat, jugera, templa, domos,  
Sævit in infantes immanior hostis, & illos  
Turpiter è propria sede migrare jubet.  
Quid multis? hujus seculi mala cuncta profari  
Non est humane vocis & oris opus.  
Quæ mens ergò Tibi, Doctissime Sponse? quid audes!  
TE, credo, æs circum pectus habere triplex;  
Quod sub tam tristi & tremulo hoc discrimine rerum  
Nil paveas iterum vincla subire thori.  
Nostris non reputas ævi moestissima fata,  
Undiq; nec quæ nos, sæva pericla, manent?  
TENè malum mox venturum sat tangit, & angit,  
Adjungis reliquis quod mala tanta malis?  
Nescis, quàm variâ fortunâ, sæpè premantur,  
Fœdera qui thalami sancta fovere student?  
Sed puto, cum dubites, ne sis minor hisce ferendis  
Curis, hinc fidam quærere TE sociam.

Nunc

Nunc invenisti talem, quæ haut abnuet unquam  
Ipsa suis humeris ferre laboris onus.  
Dimidium: hæc certum rebus solamen in arctis,  
Venturique mali dulce levamen erit  
Ergo id, quod veteres, *ἄουρον κακόν, εὐεργὸν ἀμείνον*  
Cantabant olim, nunc quoque, Sponse, Canes,  
*Zacharias Vechnerus Siles. Ecclesia Servest. ad D.*  
*Nicolai Diaconus.*

V.

**C**Rede mihi, sat habes causæ, Clarissime Sponse,  
Pectore cur toto lateris, gaudia magna  
Concipias: nam optatum fortunavit amorem  
Omnipotens Dominus cœli Tibi, Teque beavit  
Sponsam, quæ formam nec non virtute coruscet  
Sanctam quæ superat multas pietate puellas,  
Cui comites adsunt probitas candorque pudorque;  
Sponsam laudo virum, Sponsam quoque laudo puellam  
Salve igitur Doctor, Salve venerande poeta,  
Salve Defensor Juris, dignissime Consul:  
Gratulor ex animo tibi, Vir bone, clare per urbem,  
Gratulor ex animo toto tibi, Sponsa pudica,  
Conjugium vestrum sit felix atque beatum  
Fœcundum, sanctum, divini numinis amantem  
Vos Deus aspiciat superam placatus ab arce,  
Det Deus omnipotens vobis prosperrima cuncta,  
Longaque concedat felicis tempora vitæ,  
Secula suppeditet Vobis Deus aurea, Vobis  
Conjugium Sanum concedat Christus Jesus, Æ.

Æqualem, castum Vobis Deus afflet amorem,  
Assideat vestræ mitis concordia mensæ.  
O Deus, ô vitæ spes, nostræ fonsq; Salutis,  
Conjugij Sancti Rex regum, fautor & author,  
Conjugij plantator, Votum hoc aure capesse,  
Quod precor ex animo vobis ego nunc neonym-  
Respiciat Sanctis oculis mundi dominator. (phis

*Sic pectore & ore precatur.*

**JOHANNES BUCHIUS**, Nassovius ad D. Nicolai Diaconus.

vi.

**A** Nne decet viduum, florentem corpore Nym-  
Nec viduâ sociam, jungere ritè toro? (pham,  
Immò decet: siquidè velut omnia, sidera cœli,  
Terrarum ac ponti corpora quæq; regit:  
Sic homines, hominumq; vias, connubia & actus,  
Ceu filo, nutu ducere Jova solet.  
Hinc & pro viduâ Sponso sociasse puellam  
Innuptam placuit, virgineumq; decus.  
Ergo age, Sponse datam tibi nunc amplectere Spon-  
Tuq; tuum Sponsum, Sponsa puella, datû. (sam,  
Vivite concordēs, læto vos pectore multum  
Exercete torum; sic hene cedit opus!

*Cl. Dn. Sponso cognato  
suo f.*

**Lucas vom Berge** / Reipubl.  
Serveſt; Senator.

Aliud

*Aliud ad D. v. Sponsum*

NULLA SALUS BELLO.

Das Spiel wird fort gerührt/ die Wassen sieh man glenzen/  
Musqueten/ Picken/ gibts noch gnug an vusern Grenzen/  
Vnd ihr wolt auch nun noch anfangen einen Streit  
Da männiglich sich auff den gülden Friden frewd?  
Zwar jener Krieg der bringt dem Lande das verderben/  
Den ihr erregt/ wird gewin bringen vnd Erben/  
Ihr wollet das Vaterlandt mehr helfen auff die Bein/  
Was jener kriegt/ reist hin/ sol dieser bringen ein.  
Derhalben fahret fort / last euch nur nichts anfechten/  
Herr Breutgamb/ ob aneh gleich Mars wolte mit euch rechten:  
Der Feldtkrieg wird vielleicht gedempffet werden bald  
Von Gott/ der durch sein Macht den ewren lang erhalt!

VII.

SPONSUS.

*Finem sequenti imponit carmine.*

Connubio Nympham conjungit Presbyter unam  
Multiplici claris quattuor arte viris.  
Quaritur, an Cœlo quadruplex hæc copula justa?  
Justa est lege Soli, justaque lege Poli.  
Quæ Nympha? hocce legas versus, relegasque, puellæ  
Juenies nomen: nomina nota virum.  
Scire viros cupis? unum quarito: noveris omnes,  
Unum si nôris. **VINCULA FAUSTA TORI!**

F I N I S.

Cl 1926

ULB Halle 3  
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift


Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindereimeritor  
Merseburg a. S.

1017







tulatoria  
 NUPTIARUM  
*Doctiss. Prudentissimoq;*  
**CRAMERO,**  
 re, Poëta laureato, illu-  
 od est Servestæ, Advocato,  
 gnissimo iterum  
*icissimâq; virgine*  
**SABETHA,**  
*imi Prudentissimiq;*  
 olim illustris ærarii Des-  
 ni, p. m. filiâ unicâ re-  
 NSA,  
 38. Serversta celebra-  
 ES, DR. SPONSA  
**GUEINZIUM** Gymnasij  
 n excellentissimum pro  
 cellâ,  
 ld  
**BECMANUM,** Superin-  
 ervicefani Professore, Poetam  
 ptiarum proclamatiõe  
 andâ,  
 siones versibus ex tempore ab utrâq;  
 int promissa.  
~~ANDRÆAE BEZELII,~~  
 O. XXXIIX.

87

